



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate Libri Septem

Scardeone, Bernardino

Venetiis, 1542

In eas, quae aut sibi abortum procurant, aut aeditos ex se infantes necant
cap. xi

urn:nbn:de:hbz:466:1-30433

DE SACRIS VIRG.

est, & dissimulanda species uirginibus sacris. Cultus enim & immoderata frontis hilaritas corruptelam mentis arguit; quippe quæ à puellis lasciuus de industria ad allucandos amatores & ad sollicitandas iuuenum mentes soleat comparari. Minutia uestalis gentilis, & ethnica (ut refert Lilius) suspecta tantum ob mundio rem iusto cultum sacris primo abstinere rebus iussa: deinde pontificum decreto, seruo indice facta rea, uiua de more sub terram defossa est. Posthumia Romanæ, et ipsi uestali, & honestæ alioqui uirgini, risus solutor, & liberior cum uiris confabulatio tantam illi ipsi peperit infamiam, ut uel ex eo solo accusaretur incestus: quæ quauis postmodum compertum fuerit falso fuisse insinuatata, iusta tamen grauisimaq; reprehensione non caruit admonitaq; fuit à spurio Minutio summo pontifice ne deinceps inuerecundius loqueretur, q̄ uiueret. Tales profecto uirgines fatuæ merito possunt dici: quæ licet uirgines sint, extinctas tamen lapides habent, oleoq; carentes: nec propterea introibunt cum sponso ad nuptias: sed exclusæ audient uerbum illud ualde horribile, & pertimescendum. Nescio uos. Deponant ergo castæ, & honestæ uirgines mores, habitumq; incestarum: et lupanarium insignia, & prostituerum ornamenta prorsus abiiciant: ne quod profitentur odisse, cultu ipso corporis amare uideantur: & ob id, multo etiam peiores q̄ sint, à cunctis credantur. Afferit autem inclytus martyr, et doctor sapientissimus beatus Cyprianus uirgines quæ sese eiusmodi artibus compserint inter uirgines nõ esse connumerandas sed tanquam contactas oues, et moribidas pecudes à sancto, & puro grege uirginum, procul arcendas, ne contagio suo cæteras polluant.

In eas quæ aut sibi abortum procurant, aut æditos ex se infantes necant. Cap. XI.

Quid uero dicemus, si quæ etiam ex his reperiantur, tam impiæ, et scelestæ, ut ueneficiis, et medi

eamentis, atq; aliis quibusdam infidiis sibi ipsæ partus
 abigant, et abortum procurent, ne incestus sui flagitium
 adueniente maturi partus ædificatione prodatur: Nouum
 monstrū, ut sint matres, quæ fiant ultro suorū nondum
 natorū filiorū parricidæ. sunt et quæ medicaminibus se
 se præparent accersentes sibi pharmacis sterilitatem, ne
 abortione sit opus. Turpiter quidem, omnes uertim ali
 quanto consultius illæ, quæ ædita puerperla nō necant,
 ut istæ, quas modo dicebam, sed exponūt: aut perfra
 ctis omnibus repagulis pudoris, et honestatis, e cætu uir
 ginum fugiunt post stupratores suos. Proh nefas piget
 pudetq; dicere, Siccine est abrenunciare sæculo: Siccine
 uoluptatibus abstinere: Siccine Deo uotum: Cogitare
 misellæ, cogitate inq; cito uos hinc migraturas esse ad
 iudicium, ac astituras mox ante tribunal illud tremendū
 iudicis magni, ubi latebræ omnes cordium, atq; omniū
 facinorum libri aperientur: in quibus à cunctis omnia, q̄
 uis occulta, legentur: et pudenda tua (ut ait propheta) in
 conspectu tuo reuelabuntur. O quot ibi corruptarū cre
 dita falso uirginitas. eo iudicio condēnabitur: et contra
 quot uirginū male diffamata castitas coronabitur. Exp
 giscimini ergo, et uel gehennæ metu respicite: nihil sal
 ne remedii est reliquū, nisi pœnitere, et in melius sese
 emēdare, anteq̄ ueniat dies illa tremēda, et amara ualde:
 q̄ qd̄ à quolibet q̄tūuis diu uicturo lōge esse nō potest.

Adhortatio ad pœnitentiam. Cap. XII.

Cogitare ergo infelices aīæ quale uos iudiciū ex
 peñtet, et quale uobis p̄ tanto scelere apud infe
 ros preparatū iā sit incendiū: in quo tanq̄ in Pha
 laridis tauro, succēsis fornacibus ppetuo torrebimini,
 Cogitate inq; q̄s stridor dentiū uos maneat, q̄ tenebræ,
 qui fletus, quæ mola in collo, qui uermis in cōscientia.
 Ibi quidem inter mille suppliciorum genera, et amnes
 sulphureos, et immanes tortores, et ultrices furias pœ
 nas luetis perpetuas, sine ulla spe iueniæ, aut ullius